Commissio

Sigismundus etc.

Magce Vicine Dne nobis dilecte. Proficiscitur Famatus Bogdan
Dobrowalkowicz vel eius Plenipotens ad Dnem Vram petitum admini:
strationem iustitiae de quodam eius subdito Simone Parcedor qui
praedicto subdito nostro certam pecuniae summam quingentorum quinqua-
ginta antiquorum Talerorum debet. Hunc itaque subditum nostrum vel
eius Haeredum Dni vestrae diligenter commendamus abeaque pro
vicinitatis iure amice requirimus quo eidem subdito nostro debitam
et indilatam administrari iubeat iustitiam eumque in adeundo debito
damnisque et expensis quae in eam rem facta sunt repetendis beni:
gne adiuvet. Atque idem a nobis quoque prout sese occasio obtulerit
expectet. Ea vero bene valere cupimus.

Vadium.

Sigismundus etc.

Magco Nicolao Zebrzidowskij de Zebrzidowicze Palatino Lu-
blinen et Capitaneo Generali Crac. Sinc. nobis dilecto gratiam nostram
Regiam. Magce Sinc. nobis dilecte. Famatus Valentinus Sobieniy Con:
sul Civitatis nostrae Wieliciciensis coram nobis graviter in querella pro-
posuit questus est. Quod illi Nobilis Christophorus Harbrzieszow-
skij de Maslomacze inimicitias aperte in discrimen vitae ipsius de-
nunciat quod nos paci communi contrarium esse censes, eidemque Civi
conquerenti de securitate vitae ipsius providere ac audaciam prae-
dicti nobilis Harbrzieszowskij diffidantis cohibere Volentes va-
dium nostrum ne vi sed iure mediante experiantur actionesque
si quas habent inter se prosequantur Vallandum et interponen-
esse duximus Vallamusque et interponimus per praesentes summam Tri-
um Millium flor. pec. comis alteram nobis alteram vero parti terci
mediatatem adiudicandam per partem in eo succumbendam irremissibi:
liter persolvendam. Quoque Vadio ne aliqua partium ignorantiam
praetendat. Mandamus Sinc. tuae ut hoc ipsum Vadium in librum Actorum
Castren Crac. inseri et per ministerialem quemcunque in domos ea-
rundem partium deportari et ad notitiam ipsorum deduci faciat
Pro gratia nostra Sinc. Tua secus non facturi.

Sublevatio bannition

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quia nos ad supplicationem nonnine Nobilis Andreae Kowalkowskij

363